



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qvalitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

130. Qualiter Vicarius dicatur curatus, & penes eum cura respectivè ad Rectorem principalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

Leo: *Theſ. fori Eccl. p. 1. c. 31. n. 6.* Quamvis re-
ctius dicere videatur de Luca de *paroch. d. 18. n. 12.*
citans ſe ipſum de *benef. d. 90. & de jurep. d. 10.* ſi-
milijura parochialia ſolvenda occasione ſepultu-
ræ (distinguendo hîc eam partem, quæ vulgò dici
ſolet pro ſtola, ab ea, quæ datur ratione honorificæ
aſſociationis funeris ac laboris merè perſonalis, uti
hæc diſtinguit idem Luc. *cit. n. 9.*) & Sacramento-
rum, puta Baptiſimi, Matrimonij computanda eſſe
in congrua; quia non ſunt talia, quæ poſſunt eſſe
nulla; cum non poſſit populus non mori, non
naſci, non baptizari: & in pluribus parochiis præ-
ter horum jurium emolumenta nulli alij ſunt redi-
tus, unde congrua conſtituatur. Item quæ ex me-
rè voluntariâ accidentaliter devotione obveniunt, ut
ſunt eleemoſynæ altariorum & ſimilia, aded ut ex
plurium annorum experimento curam certitudi-
nem, ſaltem moralem, non habeant: ſecûs autem,
dum dicta moralis certitudo accedit; cum tunc in
fructu ſeu reditu veniant, Card. de Luca *loc. cit. n. 8.*
citans ſe ipſam de *paroch. d. 17. & ſeq. & de be-
nef. d. 90.*

*Quæſtio 128. An, & qualiter aſſignatâ
ſemel à principio congruâ, Vicarius eâ con-
tentus eſſe debeat?*

Reſpondeo debere illum eâ eſſe contentum, &
non poſſe impugnare conventionem ſupra
congruam ſemel factam: ſic deciſum à Rota
decif. 230. num. 3. p. 6. Recent. teſtatur ex Paulo de
Rubeis Barb. *loc. cit. nu. 43. Corr. loc. cit. nu. 24.* de
Luca de *paroch. d. 19. n. 3.* licet autem tenuitas aſſi-
gnationis ab initio factæ non ſufficiat, ut eâ augeri
debeat, Lott. *cit. q. 12. n. 26.* Hoc ipſum tamen
non procedit, ubi ita tenuis eſſecta congrua, ut Vi-
carius ſe ſuſtentare nequeat, & ſuſtinere onera Ec-
cleſiæ (uti contingere poſſet, ſi ab initio congrua
non eſſet aſſignata in ſpeciebus, ſeu fructibus victui
ſufficientibus; ſed etiam pecuniâ, quæ ob ſenſim
auctam annonæ caritatem jam minus ſufficiens eſ-
ſet. Lott. *loc. cit. nu. 27.*) tunc enim non agitur de
Vicarii tantum, ſed & Eccleſiæ & Ordinis clericalis
præjudicio. Corrad. Barb. *loc. cit. Lott. n. 28.*
Quod ipſum tamen in dubio non præſumitur,
adeoque ex parte actoris juſtificari debet, quo ca-
ſu ſolum ſupplementum neceſſitatis peti poſſet.
Luca *loc. cit.* In ſumma itaque ſi inter Rectorem
& Vicarium ſemel facta conventio ſeu concordia
ſuper aliquorum bonorum ſeu jurium aſſignatio-
ne, præſertim ſi diu ſervata, ſervanda erit; etiam ſi
tractu temporis unius vel alterius partis laſiva ſeu
præjudicialis efficiatur; quoties læſio ad iniqui-
tatem non reducitur. de Luca de *paroch. d. 33. n. 11.*

*Quæſtio 129. Ad quem ſpectet congrua Vi-
cariæ perpetuæ pro tempore, quo vacat?*

Reſpondeo: cum Vicariæ iſtiusmodi perpe-
tuæ erectæ in titulum regulentur jure benefi-
ciorum, & fructus beneficii, etiam curati,
pro tempore vacationis, quoties non intrat con-
ſtitutio Julij III. ad favorem Camera, de jure per-
tinent ad Eccleſiam, atque ex ejus perſona ad ſuc-
ceſſorem; hinc detracto ſolum ſalario, quod Eccle-
ſiâ vacante præſtari debet œconomus ſeu Vicario
proviſionali ad præſumptum T rid. congruæ anna-
les decurſæ tempore vacationis ſpectabunt ad Vi-
carium perpetuum deſuncti, ſeu aliter decedentis
ſucceſſorem, de Luca de *paroch. d. 21. n. 2.* Adeoque
hoc dependet tantum, ubi tam erectio Vicariæ,

quàm aſſignatio congruæ jam effectum ſortita eſt,
ita ut agatur de tempore vacationis ob ceſſum vel
deceſſum poſſeſſoris; tunc enim congrua jam ta-
xata dicitur diſmembrata à monaſterio vel Capi-
tulo, ejuſque bonis ac redditibus; non vero proce-
dit, ubi erectio nondum effectuata eſt, ſed ſolum
adeſt ſententia vel proviſio de erigendo; cum tum
adhuc ſecuta non dicatur dicta diſmembratio, ſeu
bonorum ſeparatio. de Luca *ibid. n. 9.*

*Quæſtio 130. Qualiter Vicarius dicatur
curatus, & penes eum cura reſpectivè ad
Rectorem principalem?*

1. Reſpondeo primò: Vicarios (intellige non
intitulatos) non dici propriè curatos; cum
iſ, qui vice alterius curam exercet, curatus non di-
catur. Lott. *l. 1. q. 20. n. 149.* citans Felin. vide
eundem *n. 140.* & dicta ſuprà ad *q. 1. de Vicariis.*

2. Reſpondeo ſecundò: Vicarium perpetuum,
& non Rectorem principalem, ſeu habentem cu-
ram habitualem, tantum dici curam animarum ha-
bere. Barb. *l. 3. juris Eccl. c. 6. n. 30.* Vide dicta
ſuprà.

3. Reſpondeo tertio in genere: curam (intelli-
ge habitualiter ſeu habitualem) reſidere penes
Prælatum ſeu Rectorem beneficii uniti; cura verò
exercitium ſeu curam actualem penes Vicarium in
illo beneficio unito deputatum. Barb. *loc. cit. n. 28.*
& ſeq. cum communi.

4. Reſpondeo quarto ſpecialiùs: cum cura ani-
marum incumbit Capitulo, non ut ſingulis, ſed ut
universis (uti ſape fit, & bene; licet enim jus pa-
rochiæ ſeu curæ ſit quid individuum, ſecûs ac ex-
ercitium, curæ, quod dividuum eſt; adeoque ne-
queat eſſe diviſum in plures; poteſt tamen eſſe
apud unumquemque multorum in ſolidum, exem-
plo juridiſtionis, aliorumque jurium individuo-
rum, atque ita inter Capitulum & Eccleſiam con-
trahi matrimonium ſpirituale; cum pluralitas in
hoc ſenſu non conſideretur, niſi ad conſtituendam
universitatem, & conſequenter ad unam perſonam
fictam; ac ita capitulum ſeu Canonici in univer-
ſum eſſe, & dici Rector Eccleſiæ & ſponſus, Lott.
loc. cit. n. 113. & ſeq.) illudque eam adminiſtrat
per plures, vel unum miniſtrum amovibilem, ve-
rus Rector eſt ipſum Collegium. Lott. *l. 1. q. 14. n. 93.*
citans Gonz. ad *reg. 8. gl. 6. n. 71.* Videturque
tunc per illud aliud non committi, quàm nudum
officium circa ea, quæ ſunt Ordinis ſacerdotalis, re-
tentis hiſ, quæ ſunt juridiſtionis & regiminiſ.
Lott. *ibid. n. 94.* citans Lapum *Alleg. 5. n. 7.* ſi verò
eam adminiſtret per Vicarium perpetuum, aut per
unum ex obtinentibus dignitatem in ipſâ Eccleſiâ;
tunc iſ quidem dicitur curatus, non curâ collegii,
ſeu curâ familiæ; ſed curâ parochianorum, nihilo-
minus jus illud principaliter radicatur in ipſo col-
legio, curaque habitualis ipſa apud illud reſidet.
Lott. *ibid. nu. 100. & ſeq.* qui tamen *nu. 104.* addit:
quòd ſi Collegium habet Prælatum, tanquam ipſius
Collegii caput omnem juridiſtionem & omnem
curam, quæ aliàs ipſi Universitati compereret,
apud ipſum Prælatum eſſe. Porrò contingere po-
teſt, ut cura exerceatur in Collegiata, & tamen cu-
ra non pertineat ad Collegium, neque etiam illa
Collegiata ſit curata; imò ut Collegiata ſit ſimul
curata, & tamen cura jure aliquo ſpeciali ſpectet
ad aliquem extraneum, qui tunc erit verus ſponſus
& Rector. Lott. *l. 1. q. 20. n. 131. & 13.* quin etiam,
ut Eccleſia ſit Cathedralis & ſimul curata; curaque
neque

neque penes Capitulum universim, neque penes ullum ex Canonicis; sed tota resideat penes Episcopum; qui & ipse tunc dicitur Rector illius. Lott. *ibid.* nu. 133. qui tamen tunc nullum ex Canonicis vel beneficiatis illius Ecclesie invitum gravare poterit, ut illius curæ exercitium subeat; Lott. n. 134. citans Gonz. *cit. gl. 6. n. 70.*

5. Respondeo quintò: quòd si in Ecclesia aliqua non Collegiata plures subordinati administrant curam, dicendum erit, curam habitualemente penes eum tantum, & hunc solum dici Rectorem, qui principalis est in ordine, & cui alii subordinantur. Lott. *ibidem.* n. 139. citans Jo. And. & But. *in c. cum non ignores. de præb.* præcipue si ille colligeret jura & emolumenta illius Ecclesie, & ceteri de manu illius suas portiones; illud enim, ut dictum aliquoties, figum est clarissimum (etsi per accidens quandoque fallat, dum alius, qui non est verus Rector, jure aliquo speciali, imò laicus ex indulto Papæ perciperet decimas, & alia quædam. Lott. *loc. cit.* n. 135.) Rectoria est persistens penes eum etiam cura habitualis. Lott. *ibidem.* n. 140.

6. Respondeo sextò: quòd si in tali Ecclesia non collegiata cura administraretur per plures non subordinatos inter se, neque adesset capitulum, vel collegium aliquod, per quod cura illa demandaretur, singuli non dicuntur sponsi & Rectores illius Ecclesie, ne plures sponsi uni Ecclesie tribuantur; & quia jus parochie est individuum; neque etiam ullus eorum, sed vel proprius curatus, qui illis omnibus præest, vel si talis non sit, ipse Episcopus; vel denique, si nec sit Episcopus, ipse Papa; & isti habebuntur instar Vicariorum talis sponsi seu Rectoris. Lott. *ibid.* n. 141. citans Host. Imol. *in c. cum non ignores.* & alios plures

7. Respondeo septimò: ex de Luca *de parochis d. 37. n. 40. & 41.* diligenter attendendum, an superioritas vel alia præminencia vel potestas, quam capitulum vel monasterium, vel dignitas aliqua habet in parochiali, importet curam habitualemente ratione formalis unionis, seu quod ea sit membrum ac de mensa, vel econtra dictum jus, potestas vel superioritas importet solum qualitatem patronalem, vel protectionem &c. universo jure habituali ac actuali residente penes providendum, non curato vocabulo seu nuncupatione, an scilicet dicatur Rector, an Vicarius, quoniam non verborum formula, sed substantia veritatis attendi debet.

Questio 131. *Ad quem spectet cura & administratio beneficii, Vicario perpetuo mortuo, resignante, vel deposito, interim dum alius substituitur?*

Respondeo: esse penes Rectorem principalem. Laym. *ad c. querelam. de jurejurando.* num. 3. ita ut dum cura habitualis Ecclesie parochialis unitæ monasterio spectat ad ejus Prælatus, hæc exire posset in actum, & dictus Prælatus eam exercere seu actu administrare dictam Ecclesiam. Laym. *in qq. can. de elect.* q. 208. *in fine.*

Questio 132. *Quid jurisdictionis in Ecclesia competat Vicario respectivè ad Rectorem principalem?*

1. **R**espondeo primò: Vicarium perpetuum habere jurisdictionem ordinariam, seu curam animarum ordinariam secundum exercitium, seu utilem. Laym. *ad c. 1. de off. Vic. in 6. n. 1.* sed neque Vicarius parochialis temporalis jurisdictionem de-

legatam habet, sed quasi ordinariam; cum non habeat diverfam, sed eandem cum eo, cujus vices gerit, exercet ad modum, quo de Vicario generali Episcopi dicitur, sitque ei substitutus in ordinaria jurisdictione, officio, & curâ. Laym. *ibidem.* n. 3. Secus est de Vicariis temporalibus illis, qui loco alterius absentis aut infirmi constituuntur. Laym. *ibid.*

2. Respondeo secundò: exercitium juris parochialis in pertinentibus ad curam animarum spectat ad Vicarium, licet exercitium juris parochialis in pertinentibus ad extraneam defensionem, vindicationem, & forum contentiosum pertineat ad principalem Rectorem; unde & capellæ seu parochie unitæ monasteriis dicuntur monachorum, non Vicariorum. Zabarell. *in clem. unic. de off. Vicar.* q. 10. apud Laym. *ad c. 3. de off. Vicar.* n. 2.

3. Respondeo tertio: Vicarius perpetuus postquam institutus vix quidquam amplius dependet à Rectore principali; cum jus reale beneficii curati ordinaria auctoritate consecutus sit, quo spoliari non potest, nisi per judicis sententiam ob crimen. Laym. *ad c. 3. de off. Vicar.* n. 2. habeatque administrationem, seu curam exercitium auctoritate juris de per se, in eoque nullo modo dependeat à Rectore principali. Hinc primò non potest per illum in exercitio curæ impediri. Anchoran. *in c. exposuisti. de præb. in 6.* apud Barb. *l. 3. juris Eccl. c. 6. n. 31.* Lott. *l. 1. q. 33. n. 109.* Secundò: nequit Rector Vicario invito ullatenus se ingerere in ipsius curæ exercitio prætextu curæ habitualis in Ecclesia deserviendi & administrandi sacramenta; quia tota cura actualis Vicario à jure commissa est. Lott. *loc. cit.* n. 111. Barb. Laym. *ll. cit.* citantes Abb. *in c. exstirpanda. de præb. n. 15.* & Azor. *p. 2. l. 3. c. 6. q. 2.* Tertio: nequeunt monachi, quorum monasterio annexa est parochia ratione curæ (intellige habitualis) in ea prædicare; cum potestas ligandi & solvendi sit penes alium, nempe Vicarium. Gl. *in c. adjicimus. 16. q. 1.* apud Lott. n. 108. Quarto: Non tenetur Vicarius de cura respondere Rectori principali. Lott. *ibidem.* n. 107. Denique pro juribus parochie suæ retinendis aut recuperandis absque mandato Rectoris principalis agere potest Vicarius perpetuus. Laym. *l. c. n. 2.* citans Sylv. vide eund. Laym. *loc. cit. n. 2.* citans Sylv. Vide Eundem Laym. *p. 2. pag. 348.*

Questio 133. *Quid juris habeat Vicarius participandi de massa distributionum, aliisque emolumentis?*

1. **R**espondeo ad primum: Cum distributiones dicantur merx laboris, seu salarii operariorum psallentium in choro; aliæque divina pro cultu Ecclesie celebrantium; Vicarius, qui non est de corpore beneficiatorum, neque deputatus ad servitium chori & Ecclesie, sed tantum ad exercitium curæ & ministerium Sacramentorum, debet esse contentus suâ congruâ jam constitutâ extrahas distributiones. Card. de Luca *de paroch. d. 17. n. 6.* Participatio tamen distributionum practitari solet, quando Vicarius est unus de Capitulo, seu Collegio, cui annexa est cura, dictæque distributiones cedunt in locum congruâ; ita ut ad instar Canonici pœnitentiarii assistens in confessionali aut aliàs in exercitio curæ & administratione sacramentorum impeditus, habeatur pro assistente in choro, de Luca *ibidem.*

2. Respondeo ad secundum: regulariter loquendo, seu de jure ordinario jura omnia & emolumenta parochialia spectant ad eum, cui cura habitualis